Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



41

a me quia mitis sum & humilis corde. Adtendunt enim
quod dns dicit. quia omnis qui se exaltat humiliabitur. &
qui se humiliat exaltabitur. Hunc igitur rationis accepto
consilio humilitatis semitam arripiunt. per quam ad cel
situdinis culmen ascendant. Et quemadmodum dicunt
non ponam super uos aliud pondus. tamen id quod habetis tene
te donec ueniam. De illis hoc dicit. qui inflati contu
di filium altitudine sathane cognoscentes. nitebantur
illos qui crediderant in xpm ex gentib; ad ueteris
legis ceremonias trahere. De quib; lucas dicit. quia
quidam descendentes a iudea. docebant fres. quia nisi
circumcidamini secundum legem moysi. non potestis salui
fieri. Propter quod eum miserunt paulum & barnaban ad
ipsos in iherusalem. a quib; & didiceruntposse suffice
re gentib; ut abstinerent se ab immolato & sanguine
& suffocato. & fornicatione. Cumq; quidam ex de gen
tib; dicerent. nisi circumcidamini secdm legem moysi. non
potestis salui fieri. ait petrus. Quid temptatis impo
nere iugum ceruicib; discipulorum. quod neq; nos neq; patres
nri portare potuimus. De illis itaq; hec dicentib; hic
dns ecclesie dicit. Non ponam super uos aliud pondus. hoc
est obseruantiam ueteris legis. quemadmodum dicunt illi
qui sunt synagoga sathane. sed sub leni sarcina uos
manere permittam. ideoq; id quod habetis tenete. idem onus
leue ad quod uocati estis nolite abicere. De hoc onere id
est gratia redemptoris nri petrus dicit. quia per gratiam dni
nri ihu xpi credimus saluari. Ad hoc onus ipse fide
les suos inuitat dicens. Tollite iugum meum super uos. &
cetera. Atq; post pauca. Iugum enim meum suaue est. &